

2

signi virginis accipio arcū ei diametraliter oppositū scz totū signum pisciū cui
principium quidem habet ascensionē obliquam. 345. graduū ⁊ 10. minorū:
finis autē est. 360. demptis igitur illis ex istis relinquunt mihi. 14. gradus ⁊ 50
minuta ⁊ tanta erit ascensio obliqua signi virginis.

Nonū probleuma.

Quāntus arcus ecliptice debeā cuiusq; ascensionī vel descensio-
nī oblique perscrutari: mite numerū ascensionis oblique in tabu-
lam ascensionū obliquarū: eam videlz cui latitudo regionis vel
elcuatio poli data supra scribat: ⁊ ex directo ipsius in summitate
quidē tabule offendet signū zodiaci: in latere autē numerum gra-
duū eiusdem signi qui debent ascensionī oblique ppositē quē ad-
modū in quinto probleumate circa ascensiones rectas monuimus. Si tamen
elcuationē poli septentrionalis nusq; inueneris precise quod accidit minutis
quotlibet iuxta gradus existentib; operare primo per tabulā latitudinis pro-
ximo minoris scdm viam iam nunc monstratam. Deinde similiter per tabulā
latitudinis proximo maioris: ⁊ de differentia arcuū ecliptice inde elicitoz sum-
me partē pportionalē scdm pportionē minorū que adiacēt gradibus inte-
gris ppositē elcuationis poli: quam partē pportionalē adde arcui eclipti-
ce per tabulam minoris elcuationis computato si ipse minor fuerit arcui ecly-
ptice per tabulā maioris elcuationis reperto: aut ab eo minue si maior eo fue-
rit: ⁊ quod vel addendo colliget vel minuendo relinquet prout res ipsa postu-
lat numerabit arcum ecliptice questitum. Sed quāntus arcus respondeat de-
scensionī ppositē sic scies: ipsi descensionī date circulisemi id est. 180. grad^o
adde ⁊ aggregato tāq; ascensionī oblique arcum ecliptice computa scdm mo-
dum iam nunc traditū: a quo arcu ecliptice semicirculū videlicet. 180. gradus
aut sex signa cōmunia minue quod enim reliquit erit arcus ecliptice quē pe-
tebas. Hec autē documenta tenent: ascensione vel descensione obliqua a sectio-
ne vernali iniciū sumentē. Nam si aliunde inciperet inuenienda essent modo p-
dicto duo puncta ecliptice quoz alterum quidem principio alterū autē fini ta-
lis ascensionis vel descensionis oblique responderet. Arcus enī ecliptice duo-
bus talibus punctis interceptus esset qui querebat. Is quidez modus erit ex-
acte computationis. Nam si celerius ac prope vix agere decreueris licebit vti
tabula ascensionū obliquarū cuius inscriptio aut titulus vicinior erit latitudi-
ni regionis vel elcuatiōi poli ad quē volebas cperari. Nunc quo facilius
ante dicta intelligant exemplaris computatio subicienda est: verum quando
iuxta gradus elcuationis poli non sunt minuta aliqua operatio omnino simi-
lis erit ei quā in quinto probleumate exposuimus. Sit itaq; elcuatio poli. 47.
graduū ⁊ 45. minorū: ascensio autē obliqua pposita. 70. graduum ⁊ 36. mi-
nutorūz procedendo scdm modum quinti probleumatis inuenio. 7. gradus ⁊
26. ferme minuta cancri ad elcuationē poli. 47. graduū. similif ad elcuationez